



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

XC. Item aliud pro Ecclesia Vrgellensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

tora, atque Ecclesiam in honore sancte Marie semper virginis & sancti Matthei & sancti Iohannis constituta in pago Gerundenf, sitam in loco qui dicitur Vallis Anglenf, ipsas Salas, seu ejus Palaciolum quod vocatur Merlac, cum omnibus appendicis suis, necnon & in alio loco qui vocatur Aulor, & ex ipsa silva quantum in eorum usus extirpare commodum duxerint, cum omnium rerum integritate sub nostro murdeburgo, sicut dictum est, atque defensione int' gerimè contra omnium inquietudines hominum constituentes, præcipimus atque jubemus ut nullus iudex publicus vel quilibet ex judicaria potellate in Ecclesiis aut loca vel agros seu reliquias possessiones sepedicti monasterij & cellularium tibi subiectarum ad causas judiciorio more audiendas, vel frena exigenda, vel paratas faciendas, aut ulla redhibitiones, aut fidejussores tollendas, vel illorum homines distingendos, aut illicitas occassiones requirendas, ingredi valeat; sed neque viaticum, neque portaticum, neque salvaticum, neque pascuum, neque teloneum, aut ullum illicium debitum, nec ea qua suprà memorata erant, exigere præsumat. Sed cum cellis suprà memoratis, villaribus, aliisque omnibus rebus prænominate monasteria pertinentibus, in quibuscumque consistant locis five pagis, necnon & cum omnibus possessiōnibus que juliū rationabiliterque perenni tempore possidere dīscuntur, simul cum his quæ divina pietas eidem sacratissimo loco per quocunque fideles augere voluerit, liceat memora Abbatii suisque successoribus & monachis in sepedicto loco degentibus quietē vivere & possidere eisdem cum omni securitate sine cuiuspiam contradictione & minoratione tenere & possidere, eorumque pro utilitatibus rationabiliter cambiare vel vendere, & pro nobis, conjugi, proleque nostra, seu stabilitate totius regni nostri unā cum monachis ibidem Domino militantibus divinam misericordiam jogiter exorare. Et quan- docunque divinae vocationis memoratus Abba aut successores sui ab hac luce migraverint, quadiu inter se tales inventre potuerint qui eos secundum regulam sancti Benedicti regere & gubernare valent, licentiam habeant ex fēmetipis Abbates eligere, qui eis, ut prædictum, merito vita & sanctitatis præfelle & prodeſſe pollant. Et ut haec regulare confirmationis auctoritas perpetuam obtineat firmatatem, manu propria subter eam firmavimus, & anuli nostri impreffione signari jussimus.

Signum Karoli glorioſissimi Regis.

\* Gauzle-

-mus \* Guillelmus Notarius ad vicem Ludovici recognovit.

Data xiiii. Kal. Decembri Indictione v. anno xx. regnante Karolo glorioſissimo Rege.

Actum in Pontione palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

### X C.

Item aliud pro Ecclesia Vrgellenſi.

An. 861.  
Ex archivio  
Ecclesie  
Vrgellenſi.

**I**N nomine sancte & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Quicquid pro utilitate & necessitate factorum locorum efficere contendit-

mus, profuturum nobis & ad presentem vitam feliciter transfigurandam & ad æternam beatitudinem facilius obtainendam omnino confidimus. Ideoque notum sit omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus & nostris praestitibus atque futuris quæ venerabilis vir Guiadus Vrgellenſis Ecclesiæ Episcopus ad nostram accedens reverenter sublimatam innuit de quibusdam rebus à glorioſis Imperatoribus Karolo avo nostro & Ludovico genitore nostro eidem Ecclesia sua per precepta impetravatanda concessis, id est, condamnam unam que est prope hortum sancte Marie, & Ecclesiam sancti Iacobi, cum suis hortibus & casalibus. Præterea petit ut eidem sanctæ sedi redderetur contiguam aliam condamnam & hortum prefatae condamnae adhaerentem. Addidit etiam de decisis Andertenfis pagi ferri & picis, quæ Ecclesia sua debentur. Similiter etiam dixit nobis de quibusdam pagellis qui sua sunt parochie, ut progenitoribus nostris Imperatoribus per preceptum nostrum eidem sanctæ sedi beatae Marie nomini dicatae secundum antiquam consuetudinem subiectas esse confirmatremus. Cujus venerabilis Pontificis supplicem rogationem clementer audientes, præceptum hoc altitudinis nostra fieri jussimus, per quod prænomina res prescripta sanctæ sedis iuri subjungimus & dominio Praefus eius Guiadi ac successorum eius perpetuo mancipamus, videlicet ut ecclesiastica & canonica auctoritate ad utilitatem & necessitatem sepedicta sanctæ sedis & servorum Christi in ea degentium ordinent atque disponant sine cuiuspiam inquietudine aut contradictione. Cerdanensis vero pagus, Libenfis, & Bergitanensis, Palarienfis quoque, atque Ripacurcenti, Gelbianensis, atque Cardofenfis, Anabienfis, ac Tiberienfis, & locus sanctæ Deodatae, cum finibus suis, sicut in memoratis imperialibus præceptis notum est scriptum fuisse, semper subiacentem plerunque dictæ sanctæ sedi Vrgellenfis Ecclesia, neque sit eis licitum ad alias vicinas Ecclesiæ migraere. Præterea concedimus eidem sanctæ sedi ut licet aliae Ecclesiæ Septimanie, ita quoque eadem & rectores eius semper habent terciam partem telonei de omnibus illius parochie mercatis. Similiter etiam concedimus eidem Ecclesia, ob medium animæ nostra, tertiam partem telonei omnium negotiorum per eandem parochiam transactuum arque mercantium. Nullique sit licitum contra hac auctoritatis nostræ præceptio- nemo molestatum de his de quibus dicitur rebus & teloneis inferre super iis dicto Pontifici ac successoribus eius five ministris crebro dictæ Ecclesiæ Vrgellenfis ad hoc exequendum constitutis praestitibus temporibus & futuris. Ut autem hoc nostra auctoritatis scriptum plenorem in Dei nomine obtineat firmatatem, manu propria subter firmavimus, & anuli nostri impreffione signari jussimus.

Signum Karoli glorioſissimi Regis.

Gauzle-

-mus \* Guillelmus Notarius ad vicem Ludovici recognovit.

Data xiiii. Kal. Decembri, Indictione nona, anno xx. regnante Karolo glorioſissimo Rege.

Acta \* Panagone palatio regio in Dei nomine fe- \* Pontigo-  
littere. Amen.

A A a a iij

ne.